Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8159
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

reprobare malum et eligere bonum ita pertinet ad consilium ca
vere pericula que sunt in hoc exilio. ¶ Et sicut donum scientie habet
regere pietatem. ita donum consilii habet regere fortitudinem.
¶ In hoc enim differunt consilium et scientia. quia consilium est
circa difficile et arduum. ¶ Scientia vero circa bonum et malum

Sapientia et intellectus differunt **De sapientia et intellectu.**
quia sapientia est cognitio dei absolute. Intellectus vero est cog
nitio collatiue. scilicet in comparatione ad creaturas. ¶ Item alia est differentia
quia intellectu cognoscitur deus. per illuminationem de auditis
in scriptura. ¶ Sapientia vero cognoscitur ipso experimento ¶ Item
per intellectum deum cognoscimus. per sapientiam vero dulcedinem
eius gustamus ¶ Vnde sapientia dicitur quasi sapore virtutum con
dita scientia. ¶ Item sicut dicit gregorius. per intellectum sumus per vidi
per sapientiam maturi. **De beatitudinibus in generali.**

Beatitudines sunt septem. secundum distinctionem graduum
quamuis octo sint secundum sententiam quas saluator enu
merat in sermone de monte. scilicet ¶ paupertas spiritus. mititas. luctus.
Esuries iusticie. misericordia. cordis mundicia. pax. ¶ Harum beati
tudinum numerus sic accipitur. secundum integritatem perfectionis. scilicet
recessus a malo. ¶ Requiruntur autem ad perfectionis integrita
tem tria. scilicet recessus a malo. processus in bono. et perfectus status
in optimo. ¶ Sane malum procedit ex timore superbie. aut
ex ardore malicie. aut ex languore concupiscentie. ¶ Contra
hec tria sunt tres beatitudines. scilicet paupertas spiritus contra malum a
moris. mititas contra malum rancoris ¶ Luctus contra malum
libidinis. ¶ Item perfectus in bono attenditur secundum diuinam imita
tionem. que est secundum duas vias domini. scilicet misericordiam et veritatem. De
quibus in psalmo Vniuerse vie domini misericordia et veritas. ¶ Igitur secundum
duas vias. sumuntur due beatitudines. scilicet Esuries iusticie et
affectus misericordie. ¶ Preterea status in optimo attenditur in duobus.
scilicet in limpida cognitione et tranquilla affectione. et secundum hec sumuntur
due vltime beatitudines. scilicet mundicia cordis ad deum videndum
et pax mentis ad perfectionem fruendum. ¶ Per beatitudines exclu
duntur septem vicia capitalia. ¶ paupertas spiritus excludit